



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Iurisdictione Episcoporum Germaniae**

**Wintzler, Christoph**

**Coloniae, 1614**

25. An Episcopi temporalia sine regalibus recte administrent.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10387**

## TITVLVS XXV.

An Episcopi temporalia sine regalibus  
recte administrent.

- 1.3. **T**emporalia Ecclesiasticorum duplia & quæ  
& num 3.
2. Quæ sunt Ecclesiastica Iurisdictionis sine regali-  
bus statim post, imo in Germania ante confir-  
mationem Epis. recte administrant.
4. Annus datur ad accipendum inuestituram.
5. Sede Imperij vacante vel sub interregno Vasallis  
excusantur.
6. Differentia inter Fahnen & Scheppter Lehen.
7. Modernus Archiepiscopus Coloniensis. Archiepisco-  
patū cum clausula successionis 16. annis, rexie.
8. Refutatio differentia num 6. posita.
9. Quinam Principes sint ab Imperatore moderno  
Ratisbona inuestiti.
10. Elector Saxoniae Augusta Vindelicorum quomodo  
inuestitus.

**T**EMPORALIA ecclesiarum sunt du-  
plicia, aut quoad usum & administratio-  
nem rerum ad Ecclesiam pertinentium,  
c. cum venerabilis. x. de relig. domib. & ea Episcopi  
recte administrant, sicut & ea, quæ sunt ecclesia-  
sticæ siue spiritualis jurisdictionis, sine regali-  
bus statim post confirmationem, c. auariciæ. c.  
quam sit. x. de Elect. in 6. in Germania etiam ante,  
arg. c. nihil. §. cæterum. x. eod. supra tit. 5. aut quoad  
superioritatem & temporalem jurisdictionem  
in res & subditos, Landt vnd Leuth zu regieren/ &  
non



non possunt sine regalibus *sup. tit. 22.* sicut nec  
seculares principes, nisi intra annum *Rub. 42.* der  
4. Deutsche Orden/Reichs abscheidt de Anno 1500.  
§. Und behalten vns/ic. de Anno 21. qui datur ad  
acciendum inuestitram, *Tob. Paurmest. de la-*  
*risd. lib. 1. cap. 4. nu. 7. vel indultum administrandi,*  
*d. §. Und behalten. vel sub interregno, siue sede*  
5. *imperii vacante quādo vasalli excusātur, Schrad.*  
*de feud. part. 6. cap. 2. nu. 24. part. 10. sect. 3. quāst. 12.*  
*& Vicarii non dant regalia, vulgo, Fürsten Fah-*  
*nen Ehen/Aur. bull. cap. 5. quamuis Gerlat. Buxfor.*  
*in Aur. bull. conclus. 69. faciat differentiam inter*  
*Fahnen & Scepter Ehen/quāst illa secularibus à*  
6. *solo imperatore iuxta Auream bullam dentur*  
*& hæc Ecclesiasticis à Vicariis dari possint, con-*  
*suetudine hoc ita probante, vbi in nouissimo*  
*Vicariatu à C. Episcopo. M. indultum loco inue-*  
*stitutæ H. petitum & obtentum resciuisse assentit,*  
*quod si de Coloniensi Episcopo (qui jam ante*  
*tanquam Coadiutor siue Administrator, Ar-*  
7. *chiepiscopatum Coloniensem per sedecim an-*  
*nos cum clausula successionis ex nunc prout ex*  
*tunc de beneplacito Pontificis & Imperatoris,*  
*quiete rexit) intelligat, multum aberrat, & male*  
*resciuit, cum inter acta Vicariatus nec hoc, nec*  
*aliud indultum reperiatur, nec subsit ratio di-*  
*versitatis quare Vicarii magis dare possint rega-*  
8. *lia per sceptrum, quam per vexillum, cum idem*  
*dent, hoc est, Ein Fürsten Ehen. Ergo & idem*  
*jus, l. illud. ff. ad l. Aquil. l. à Titio. ff. de verb. obligat.*  
*nec id quod de diversitate formæ adfert, satis*  
*certum habet, vbi aliud viderit, aliud docebit,*  
*candem esse formam, vti docuit, experientia*  
hoc

hoc Anno 1613. quando Ioann. Suicardus Mo-  
guntinus, Lotharius Treuirensis Archiepiscopi  
& Ludouicus Landgravius Hassiae in persona,  
Ferdinandus Archiepiscopus Coloniensis, Rex  
Hispaniarum ratione Ducatus Mediolanensis,  
Maximilianus Dux Bauariae, Christianus Prin-  
ceps Anhaltiae & plures alii per legatos de rega-  
libus Ratisbonae per Imperatorem sunt inuesti-  
ti sub tecto, in aula Episcopali, loco residentiae  
multis conspicientibus nihil dicam, offenslich  
mit sollenniteten d. S. Und behalten vns de An-  
no 21. sub diu & theatro publice in foro ad  
hoc constructo prout Anno 66. Elector Sa-  
xoniae Augustae Vindelicorum dicitur inue-  
stitus.

## TITVLVS XXVI.

An sine regalibus habeant sessionem &  
votum in comitiis imperii.

1. **S**eculares Imperij Principes sine regalibus ad co-  
mitia non admittuntur.
2. **R**ex Bohemiae non habet sessionem ad latus Im-  
peratoris, nisi sit vncius & coronatus.
3. **M**ulto minus Principes Ecclesiastici.
4. **E**tiam seruiente termino ad accipiendum inuesti-  
turam.
5. **N**ondum juramento obligatus non recte ad consi-  
lia Domini admittitur.
6. **A**d comitia Imperij non conscribitur nisi jura-  
tus.

Cum